Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Fere

ad me ī diebus Josie regis Nūqt vidisti q̄ fecerit auersatrix israhel
abiit ipsa in semet super omnem montem excelsum israhel et sub omni ligno frondoso
et fornicata est ibi / et dixi cū fecisset hæc ad me conuertere et non
est reuersa et vidit prauaricatrix soror eius iuda p̄ eo q̄ mechata
esset auersatrix israhel dimisissem eā et dedissem ei libellum repudij
et non timuit prauaricatrix iuda soror eius sed abiit et fornicata est quoq
et ipsa et factum est fornicationis sue contaminauit terram et mechata
est cum lapide et cum ligno / et de omnibus hijs non est reuersa ad me pua
ricatrix soror eius iuda ī toto corde suo sed ī mendacio ait dnūs Et
dixit dnūs ad me Iustificauit animam suam auersatrix israhel comparatione
prauaricatricis iuda Vade et clama sermones istos contra aquilonem
et dices Reuertere auersatrix israhel ait dnūs et non auertam faciem meam
a vobis quia sanctus ego sum ait dnūs et non irascar ī perpetuum tamen
scito iniquitatem tuam quia ī dnūm deum tuum prauaricata es / et dispersisti
vias tuas alienis subtus lignum frondosum et vocem meam non audisti
ait dnūs Conuertimini filij reuertentes dicit dnūs / quia ego vir vestr
et assumam vos vnum de ciuitate et duos de cognatione et introducam
vos in sion et dabo vobis pastores iuxta cor meum et pascent vos scientia
et doctrina Cum autem multiplicati fueritis et creueritis ī terra ī diebus illis
ait dnūs non dicent vltra archa testamenti dnī nec ascendet super cor nec
recordabitur illius non visitabitur non fiet vltra In tempore illo vocabunt hierusalem
solium dnī et congregabuntur ad eam omnes gentes ī nomine dnī ī Ie
rusalem et non ambulabunt post pertinacia cordis sui pessimi
In diebus illis ibunt domus iuda ad domum israhel et venient
simul de terra aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris Ego
autem dixi Quomodo ponam te ī filijs et tribuam te terram desiderabile
hereditatem pclarum exercituum gentium et dixi patrem vocabis me
et post me ingredi non cessabis Et quomodo si contempnat mulier
amatorem suum sic contempsit me domus israhel dicit dnūs Vox
ī viis audita est plorantis et vlulantis filiorum israhel quia iniquam
fecerunt viam suam obliti sunt dnūm dei suum Conuertimini filij reuertimini
et sanabo auersiones vestras Ecce nos venimus ad te tu enim es
dnūs deus noster Vere mendacium erant colles multitudo